

GERARDVS PRAESVL SPIRENSIS.



Gerardus ex nobili familia de Erenberg natus, bonis artibus operam dedit, atq; in viru doctissimum evasit. Is etiam suæ doctrinæ, uite in regridatatem atq; morum castitatem adiunxit. Vnde cum ecclesia Spirensis suo episcopo destitueretur, eius collegij electione quinquagesimus sextus præsul anno millesimo trecentesimo tricesimo octavo constitutus fuit. Itaq; eius ecclesiæ curam suscipiens, magna fidelitate per annos uirginis quinq; peregit. Erat Gerardus Ludouico Cæsari ob uirtutes charissimus, ita ut eius consilio multoties uteretur. Hinc factum ut Gerardus Vdenheim pagum moenibus cinxerit, atque à Cæsare pro noua urbe solita priuilegia impetrarit. Cum etiam Augustinianorum monasterium Spiræ quorundā negligentia incendio perisset, ipse anno 1340 multo ornatus restaurauit, atq; censibus auxit. Cum hoc modo optimè suam ecclesiam administrasset, tandem 1363 mortuus Lampertum successorem habuit.

Anon. in Episc. Spir.